

areolae minoris attingente, puncto infra ejus apicem marginaque interiore basin versus nigro-fuscis. Vertex limbo fuscesciente (σ). Femora posteriora inferne serie atomorum nigrorum signata.

21. **Macrotylus Montandoni** Reut.

Diagn.: Sordide dilute virescens, superne densius aequaliter nigro-pilosus, hemelytris venis basique cunei nec glabris nec pallidioribus; corio apice nebula majuscula fuso-grisescente; membrana infuscata, venis afbidis, macula discoidali, areola majore, apice limboque ad venam brachiallem exceptis, macula anguli basalis exterioris triangulari aliaque in medio limbi exterioris sita rectangulari albidis, spatio inter has maculas obscurius infuscata, vitta vel puncto nigro infra apicem venae cubitalis deficiente; capite latitudini basali aequa lato (φ); antennis pedibusque colore corporis, illis versus apicem obscurioribus, articulo secundo latitudine capitidis multo longiore, tarsis articulo ultimo fusco; pronoto lateribus rectis; xypho prosterni marginato. Long. φ $4\frac{1}{4}$ mm.

Hab. in Romania (Plaineschi!), D. A. L. Montandon.

Descr.: *M. solitario* Mey. multo minor, differt hemelytrorum venis basique cunei nec glabris nec pallidioribus, membrana puncto infra apicem venae cubitalis nigro destituta nec non capite breviore. Caput pronoto longitudine subaequale, a latere visum altitudine vix brevius, gula brevi, vertice (φ) oculo saltem duplo et dimidio latiore. Rostrum apicem coxarum posticarum attingens, apice nigro. Pronotum basi longitudine duplo latiore, apice longitudine aequa lato. Pectus et venter in specimine pubescentia detrita. Pedes nigro-pubescentes. Femora punctis destituta. Tibiae spinulis nigris brevibus.

22. **Amblytylus vittiger** Reut.

Diagn.: Albicans, capite, callis pronoti basique scutelli dilute stramineis, vitta media albida percurrente; su-